12.A/02-068

Elymo crinito L., Aegilopi triaristata W. et Tritico baeotico Boiss. (Haben exemplaria fructifera a. 1870.)

Floret initio Maji.

Myosotis serbica nov. spe.

Annua tota strigulosa, caule lesectimento a basi ramoso, foliis inferioribus obovato spathulatis, obtusis, caulinis oblongis acutiusculis, racemis basi bracteatis demum elongatis laxis, pedicellis tenuibus flores longis, fructiferis longioribus, calycis campanulati laciniis lanceolatis, corollae tubo immerso limbi azurei lobis rotundatis integris, fornicibus reniformibus flavis, antherarum appendicibus oblongis obtusis radiatim patulis antheras dimidias longis, stylo germen longo, seminibus ovato oblongis acutiusculis nitidis.

Affinis M. lingulatae R. S. et M. siculae Guss. a quibus differt foliis latioribus, appendicibus antherarum longioribus integris, a prima praeterea duratione certe biennis et seminibus magis oblongis.

Habitat ad rivulum M. Stol Circ. Krajinensis ad altit. 3000 ped.

Floret a Majo in Julium.

NB. Haben exemplaria fructifera a. 1871.

Coronilla elegans nov. spec.

Perennis, glaberrima, caule erecto subterti leviter striato; foliis 4–6 jugis, foliolis obovatis oblongisve vix. so glaucis; umbellis 6–16 floris folio parum longioribus, pedicellis calycem ter longis, calycibus obsolete denticulatis; vexilli ungue exserto, lamina ovata integra, carina

sub angulo recto adscendente cum alis paulo brevioribus apice prominula; seminib. compressiusculis 3,5 mm. longis.

Proxima C. variae L. a qua differt: caule erecto – nec flaccide decumbente aut adscendente, foliis paucijugis – nec multijugis, foliolis ovalibus aut obovato oblongis – nec ovato oblongis,‡ floribus purpureo variegatis, vexillo videlicet et apice carinae ~~albo~~ purpurascentibus reliquo flore roseo – nec florib. roseo variegatis apice videlicet et carina purpureo, vexillo roseo et reliquo flore albo, seminibus minoribus 3–4 mm nec 4–5 mm longis, magis compressiusculis.

Habitat copiose in sylvaticis ad Tekije Circ. Krajinensis ubi cum Orobo verno (cum quo eodem tempore floret ac cujus quodammodo habitum imitatur) propriam vegetationem sylvicolam constituit ac ibidem a C. varia L. interdum ad margines sylvarum proserpente, jam eminus distingui potest.

Floret Majo duabus hebdomadibus quam C. varia L. ocyus.

Nell'ultima mia lettera La ho pregato di dirmi qualche sa dell'aqua medicata del Montemmano. Un signore di Belgrado vorebbe andarvi per curarsi dell'atrofia.

Quale è il bugeto dell'orto botanico di Padova? Quanto spende il Governo annualmente per l'intratenimento dell'orto, che Ella dirige. Il mio governo mi ha dissegnato un areal di 18000 metri quadr. come il futuro orto botanico di Belgrado. Con qual somma si potrebbe comminciare?

Quando faceva queste note sulle mie tre novità ebbi dal Cav. Tommasini il suo supplementum florae Dalmaticae. Ne La ringrazio grandemente.

Stia sano e mi creda

il suo affezionatissimo
Dr Pančić

‡ calycibus obsolete denticulatis – nec bilabiatis, vexillo cum ungue erecto – nec dentib. labii superioris calycis lineari-subulatis ungue vexilli aequantibus;